

- alij de quibus infra. Apud Indos dies famigeratus, quo Rex capillos abluere, ut ait Alexander ab Alex. lib. 3. *Genial. hier.* cap. 18. Romanis celebrior, cum deponeret comam in signum pubertatis: igitur pridem Comati & Capillati dicebantur, ut supr. vidimus num. 11. Aitruit Lævin. Torrentius in *Horat.* 4. Carm. od. 10. vers. 3. & Itacius Grang. in illud *Satyr.* 8. vers. 27. *Iuvenal.*
- Iuvenal. *St tibi sacra cohors comitum, si nemo Tribunal Vendit acerfcomes.*
Idest, intonsus, cui coma non rasa, quasi puer: quo cognomine plaudit Apollinem Homerus in *Hymn.* ad eund. Tunc comam alicui Deorum dicabant, sicut iam puberes barbaram primam; uti dicemus *Tautolog.* 10. *Didasc.* 2. num. 14. Nero, ut ait Sueton, cap. 12. *Iovi Capitolino consecravit.* Petronius sub larva Trimaci Neronem carpit in *Satyr.* fol. 16. *Laves* (inquit) *argentei postei, Venerisque signum marmoreum, & pyxis aurea non pusilla, in qua barbaram ipsius positam esse dicebant.* Apollini, Baccho, Herculi & Esculapio ex Dijs: ex Deabus vero dicebant Lunoni, Dianæ & Hygie: cuius simulachrum velatum comis; ut asserit Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 62. Hygia igitur dicitur Salus, cui secabant crines, ut valetudinem conservarent. *Quidam etiam pro bona valetudine corporis, crinem Deo sacrum passabant:* inquit Censorinus de *Die natali*, cap. 1. Vel ut ad illam redirent, maxime si infania laboraverant; uti observavit Torrentius ubi nuper num. 4. Cuncta superstitionibus plena refert Tertullian. de *Anima*, cap. 40. *Ita omnes idololatricâ obstetrice nascuntur* (inquit) *ut de illa quasi de vita gloriantur. Quis non aut totum filij caput reatus devovet, aut aliquem excipit crinem, aut tota novacula profecat, aut sacrificio obligat, aut sacro ob signat pro publica, pro devotione privata?*
- 20 Magnâ feget apud Poetas, *Martial.* lib. 1. *Epigr.* 32. & 9. *Epigr.* 17. succinit: *Hos tibi Phœbe vovet è vertice crines: Quamprimum longas Phœbe recide comas. Hos tibi, laudatos dominorum voce, capillos Ille tuus Latia misit ab urbe puer.*
- Martial. *Consilium forma speculum, dulcesque capillos Pergameo posuit dona sacrata Deo.*
- Ufus sacrati comarum? *Status* lib. 3. *Silvar.* Carm. 4. vers. 6. & lib. 6. *Thebaidos*, vers. 1. morem indicat. *Stat.* *Accipe laudatos iuvenis Phœbeie crines, Quos tibi Casareus donat puer: accipe latus Intonsoque ostende patri.*
- Virgil. Idest Apollini, Esculapio sacro crine. *Virgil.* lib. 7. *Aeneid.* vers. 391. *Sacrum tibi passere crinem.* Euripid. in *Bacchis*, vers. 488. *Delicatum tuum crinem abscondam. Sacer est capillus. Deo enim ipsum nutrio.*
- Euripid. Innuit etiam Nonnus *Panopolita in Dionysiac.* lib. 3. vers. 337. accinens: *Cum lanuginem haberet prima barba, Simoenti sacrificia dedit comarum.*
- Nonn. *Thefeus sacravit Apollini Delphico. Ita refert in eius vita Plutarch. & Servius in loc. cit. Virgil.* dudum: *Primum puerilem (ait) demptum capillum, item cirros ad Apollinem ponere solebant.* Petron. quod supr. fol. 48. *Deo crinem vovisti.* Fœminarum in amplius venerationis obsequium, etiam prævaluit ritus, ut vidimus ex Luciano num. antecedit. canitque Claudian. de *Bell. Getic.* vers. 183.
- Claudian. *— Vt Virginibus dilectus Enipeus Barbaricas lavere comas. Præter ceteros sacrorum ritus, virgines ante nuptias capillum sibi detondent: succisumque in illius Templo (Hippolyti scilicet) consecrant: inquit Pausanias in Corinth. succinitque Statius 2. Thebaid. vers. 252.*
- Pausan. *— Ubi casta adolesceret atas, Virgineas libare comas.*
- Stat. *Capillata Lotos celebris apud Romanos, quoniam Vestalium virginum capillus ad eam deferretur:* ait Plinius lib. 16. cap. 44. Petrus Victorinus lib. 6. cap. 22. Festus in voce *Capillata.* Alexander ab Alex. lib. 5. cap. 12. sicut de Oleastro, Fauno sacro, à servatis ab undis ornato, seu cincinnis referto, canit *Virgil.* 12. *Aeneid.* vers. 769. *Servati ex undis, ubi figere dona solebant Laurenti Divo, & votis suspendere vestes.*
- Virgil.

De virginibus Cretensibus scribit Diçtys: *Puppas Veneri, adstrat Palladi crinem vovisse.* De capta in bello, ut fieret profelyta, dicitur Deuteron. 21. 12. *Radet casariem.* Melius nostræ, quæ Deo vivo & vero dicantur; ut asserit Hieronym. *Epist.* 48. *Crinem Monasteriorum matribus dissecandum offerunt.*

Hieron.

21 Alius intuitus Priscos impulit, in superstiosa devotione fluminibus capillorum. Res nota. De Achille Homerus *Iliad.* 23. vers. 142. ait:

Flavam abscondit comam,

Homér.

Quam Sperchio flumini nutriebat florescentem.

Ajax Telamonius *Iliis flumini* vovit: inquit in *Iconib.* Philostrat. Commune vulgareque tam Græcis, quam Romanis. Ita Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 10. Turneb. 1. *Adversar.* cap. 17. & Pier. Valerian. *Hieroglyph. Egypt.* lib. 52. cap. 36. Unde Statius lib. 8. *Thebaid.* v. 491.

— Tunc flavum Hypanim, flavumque Pelyten,

Stat.

Ille genus Phœbo, crinem hic passabat Iaccho.

Nostro proposito aptius Iuvenalis, *Satyr.* 12. vers. 81.

— Gaudent ibi vertice raso,

Iuvenal.

Garrula securi narrare pericula nautæ.

Hi proijciebant in mare capillos, ut placereut effervens: vel cum procellam evaderent, in signum liberationis radebant capita, quasi vocati ad pileum: de quo egimus *Tom.* 3. *Tautolog.* 9. num. 11. Quare vel ad aras poltea, vel domi capillitium deponebant, quique pericula maris, vel terræ in peregrinatione illæsi fugerant.

Cui rasi qui peregrini & nautæ?

— Servato colla capillo

Quem pater Albnias reducem tondebat ad aras.

Valer. Flacc.

Canit 1. *Argonaut.* vers. 380. Valer. Flaccus. Statius 6. *Thebaid.* vers. 607. confirmat, ritumque cunctorum amplectitur de *Coma Eavini*, lib. 3. *Sylvar.* carm. 4. à vers. 80.

Neguiquam patrijs audax promiserat aris,

Munus & Ogypio victor cum Marte redisset,

Flavus ab intonso pendebat vertice crinis.

Tunc liber nexu &c.

Ite come facilemque precor transcurrite pontum:

Ite, dabit cursus mitis Cytheræa secundos.

Placabitque notos: Patrias tunc vertex solus ad aras.

Naviget. Hunc multo Paphie saturabat amomo;

Hunc nova tergemina pectebat Gratia dextrâ:

Huic & purpurei cedat coma saucia Nisi,

Et quam Sperchio tumidus servabat Achilles.

Stat.

22 His ergo prælatis, intelliguntur plura Scripturæ sacre testimonia. Paulus post procellam iuxta Melitam Insulam, eis dixit, qui erant in mari: *Rogo vos accipere cibum pro salute vestra; quia nullius vestrum capillus de capite peribit.* Aliqui asserunt, & non abire, hic capillum sumi pro re exigua; quippè quæ negligimus, pili facimus: unde ut præsignet Paulus, nec in minimo, quique in navi, aliquid detrimenti passuros; capilli unius amissionem negat eventuram: etenim non tantum ex naufragio salvi; sed incolumes erant exiituri. Ita hic Lorinus, & Sanctius in 1. *Reg.* 14. num. 54. Sic ergo damnato Ionathâ, quia fluens mel extremitate lanceæ degulavit, dixit Populus: *Vivit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram.* Idest, expers omnino erit cuiuslibet, quantumvis minimi nocementi. Trium puerorum in fornace nec capillus quidem adustus igni (quo nihil facilis utlatur, & quia levis, & quia ficcus) ut exprimeretur omnimoda incolumitas. *Non tetigit eos omnino ignis, neque contrivitavit, neque quicquam molestie intulit; ut dicitur Daniel.* 3. 54.

Agiors 27. 34.

Capillus pro re exigua.

1. Reg. 14. 45.

Ufus secundum capillos imminet procella.

23 Mihi huiusmodi parcomia indicari videtur usus Priscorum, capillos in naufragij discrimine nocentem, vel Neptuno voventium, maxime Ethnicis plenissimâ navi, quorum numerum foveat Paulus, ut ait OEcumenius: *Non inani sciendâ studio, sed ut familiari usu, atque facilitate mores eorum corrigeret, & veritatis viam reseraret.* Præmissis num. 21. alitruerit propositum. Apud Lacedæmones coma tondebat, quoties vita periculum: ait Plutarchus in *Lysand.* Præ omnibus Petronius fol. 44. consuetudinem observat. *Ad latus navigij (inquit) processimus, capitaque cum supercilij denudanda tonsori præbimus. Unus ex vectoribus notavit sibi ad Lunam, tonsorem intemptivo inberentem ministerio: execeratusque omen, quod imitaretur naufragorum ultimum votum, in cubile relictus est. Et subinde: Ergo illi qui sunt, qui nocte ad Lunam radebantur? Pessimio me Deus-Fidius exempto. Audio enim non licere cuiquam mortalium in navi neque unguis, neque capillos deponere,*

Petron.

Philostr. *ne, nisi cum pelago ventus irasitur.* Causam profert Philostratus lib. 8. de vit. Apollon. cap. 3. *Capillum non nisi urgente maximo periculo excuendum.* Quapropter Paulini testimonij sensus: Nolite nimirum timere: si mihi crederetis, haud in huiusmodi pericula lapsuri. Canie Arator 2. in *Act. Apost.* vers. 1107.

O utinam nostris voluisses fida iuventus
Consilij parere prius, nec littora Crete
Lingueres, insani rabiem passura profundi.
Non pelagi, cœlique minas, nec triste tulisses
Iacturae populantis onus, nec turbine tanto
Desperata salus generet confinia mortis.

Arator.

Verum, quanvis vobis videatur abforberi à pelago, nullum vitæ incommodum patiemini: nec erit iuxta superstitiones vestras necessarium, radi capita, dicare casariam: equidem nullus vestrum capillus de capite peribit. Peribit navis, quam verberat, quasque pelagus, verum vestrum nec capillus. Non ut ceteri, raso capite narrabitis pericula maris: narrabitis, ceterum sine capilli vel unius læsione, integrâ partâ salute.

Quid capillus capilli illius significet?

Luc. 21. 18.

Non. Marcell.

Persecutio est molestia quare tempestas dicitur?

Virgil.

Claudian.

Stat.

Tibull.

Horat.

Euripid.

Ovid.

24 Haud aliter alia testimonia. *Capillus de capite vestro non peribit:* dicit Aflertor N. Procellis conferuntur perfectiones vel Antichristi, vel Ethnicorum Principum: unde qualibet gravis molestia dicebatur, & dicitur metaphorice tempestas. *Intraverunt aque usque ad animam meam.* Psalm. 68. 2. Vernacule: *Con el agua à la garganta.* Cirros, qui liberi fiebant (ait Nonius Marcell.) *vescebant:* eâ causâ caboi erant, quod tempestatem servitutis videbantur effugere, sicut naufragio liberati solent. Fervidum ætlu mare rasis capillis placabant: ideo ante periculum, ominosum capillitium deponere; quoniam adveniente procellâ, deficiebat amuletum, nec habebat, quid dicarent, quid salvaretur vita. Quare sensus auctoritatis est: Nihil his tempestatibus timendum. *In patientia vestra possidebitis animas vestras:* siquidem etsi totus irruat æther; *capillus de capite vestro non peribit.* Salvi & liberi eritis omnino, quin nec sectio unius capilli possit indicare iacturam, etiam munito iactato, suisque ruinis desitione sepulto.

25 Aliquid amplius subodoror. Pro quo sciendum, olim fictum, crinem in quolibet esse fatalem; sine cuius abscessione nullum arbitrabantur posse mori. Virgil. de Didone, ut sup. diximus num. 16.

*Non dâm illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco,
Sic ait: & dextra crinem secat: omnis & unâ
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.*

Claudian. epigram. de Phœnic. vers. 55. & Statius lib. 2. *Silvar.* carm. 1. vers. 146.

*Hæc fatus, properè flavis à crinibus unum
Concussa cervice iacit, missoque volentem
Vitali fulgore ferit. Frigentiâ lumina torpent,
Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.*

Aspulantur Tibullus lib. 3. *Eleg.* 5. vers. 5. & Horatius lib. 2. *Satyr.* 5. vers. ultimi.

*At mihi Persephone nigram denunciat horam,
Immerito iuveni parce nocere, Dea,
Imperiosa trahit Proserpina: vive, valeque.
Idem aridet proposito 1. Carm. Od. 28. vers. 19. & Martial. lib. 3. Epigram. 43. Euripid. des in Alect. num. 73.*

*Descendit hæc mulier ad Plutonis domum;
Pergo autem ad eam, ut inquit gladio,
Sacer enim ille est Dijs inferis
Cui hic gladius capitis sacravit crinem.*

Præ cunctis floridus, elegansque Poëtarum Princeps Ovidius lib. 8. *Metam.* fab. 1. referens mortem Nisi, & filiz audaciam & impudentiam.

Cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhaerebat, magni fiducia regni.
Filia verò: Opus est mihi crine paterno,
Ille est mihi auro pretiosior: illa beatam
Purpura me, votique mei factura potentem,
Intrat & (heu facinus!) fatali nata parentem.

Cri.

*Crine suum spoliat, prædâque potita nefanda
Præmia, ait, nulla peto, nisi te: cape pignus amoris;
Purpuræ crinem: nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi crede caput.*

Tota fabula asciticia est, imò colorata furtim. Si Samsonis imaginem alienam depereruntis fœminam, succisos capillos, amissam fortitudinem, ac libertatem intueri velis; ubi te ad Scyllæ ac Nisi parentis fabulam retuleris, non ovum tam ovo simile dixeris: inquit Martin. Roa lib. 5. *Singular.* cap. 7. Quid enim fatanas impie non æmulatur, sacrorum simia? *Veteres* (subdit La-Zerd. in loc. præf. Virgil. num. 10.) existimabant per crines vires cuiusque, ac robur constare: atque adeo his ablatis, in alterius iam potestatem eos venire: à qua re non abhorrent exempla venescarum, quas, aiunt, nullis tormentis domari, donec desectus fuerit capillus. Ludicrum profectò exemplum in re feria. Inconcussum verò abscessione capillorum indicare transitum in alienam potestatem seu voluntariam deditioem, uti infra videbimus.

26 In Historia Samsonis, ut placet Serario in 16. *Iudic.* quæst. 16. focum invenit in fictionem mens vaga Priscorum. *Divinas Historias, de quibus audierant Gentiles varia variorum, qua aut lepida, aut Deorum suorum superstitioni accomodata putabant; mendaciorum farragine depravarunt, ac deformarunt.* Constat Mundi conditio ac ornatus pulchritudo ex Ovid. lib. 1. *Metam.* Amisio uxoris Lot fugientis ignem Pentapoleos, ex Virgil. 2. *Aneid.* à vers. 736. Eius mutatio in statuam, fœminæ adhuc speciem referentem, ex Quint. Calabr. lib. 1. *Paralip.* Moyfes in Nili aquis, apud Ovid. lib. 2. *Fastor.* vers. 379. Mors mirifica tanti Legislatotis, apud Sophocl. in *OEdip. colon.* à vers. 1755. Ibid. etiam eius sepulchrum occultum. Transitum maris rubri indigitat Homer. 21. *Iliad.* à vers. 237. Arma Ægyptiorum ad litrus, ibid. vers. 299. Filij Aäron illasi inter ignes, à Virgil. 2. *Aneid.* à vers. 632. Equi ignei Eliæ, à Calabro, ubi sup. lib. 8. à vers. 241. Apatio armorum Saulis Davidis corpori, ab Homer. 17. *Iliad.* vers. 201. Repulsa à fabrica templi ob sanguinem in bellis effusum, à Virgil. 2. *Aneid.* à vers. 717. Asinum Balaâm, Homer. 19. *Iliad.* vers. 407. Raphaelæm cum Tobia, 24. *Iliad.* à vers. 462. Sic alia, de quibus Deo dante, agam in Biblia *Periphrasi-paraphrastica*, quam successivis horis meditator. Utinam possint ad umbilicem perficere! Vita brevis: tamen congero. Nostro ergò instituto. Haud aliter de capillis Prisci cogitabant, in singulis destinantes virtutem (cuius symbolum crines) sine qua vivere nequirent, in re inanimi vitalitatem collocantes, & tantò diuturniorem, quantò in re futili expressam: igitur nec capillus potest à capite fluere, sine virtutis vitalis diminutione. Ecce philosophia Priscorum. Unde per sectionem capillorum mors proxima adumbabatur, uti diximus num. anteced. Hinc non tantum propter luctum; sed etiam ut aliquomodo mortem imitarentur, vel præ tristitia expressione, vel in demortui, ut delirant, solamen, aliquid vitæ in parentatione præstando; & multoties totam casariam fecantes, unde supercilla, operiebant capillis faciem cadaveris: vel altiori sensu, rasis capillis, in quibus illis videbatur virtus vitalis, profitebantur destinatos esse morti, ex quo concepti: & eandem viam ingressuros, cum Proserpina (ideo Parca nebant crines, ut videris apud Chartarium in *Pluton.* fol. 201.) crinem abstulerit, & Orco vorerit. Horat. lib. 1. *Carm.* od. 28. vers. 19. & Claudian. lib. 1. de *Rapt. Proserpin.* à vers. 55. succinunt:

*Mista senum, ac iuvenum densentur funera: nullum
Sæva caput Proserpina fugit.*

O maxime notis
Arbiter, Umbrarumque potens, cui nostra laborant
Stamina, qui finem cunctis & semina præbes,
Ne pete firmatas pacis dissolvere leges,
Quas dedimus, nec vitæ colas.

27 De ritu eiectionis crinium in cadaver, & de rasura capitis & barbæ in signum mœstitudinis, plura diximus Tom. præced. *Tautolog.* 5. à num. 7. Vide, si lubet, ampliora apud Homer. 23. *Iliad.* à vers. 46. *Securo comam:* ait idem *Odyss.* 4. vers. 198. Quint. Calabr. lib. 3. vers. 70. Sophocl. in *Electr.* vers. 54. & 459. *Truncatis capillis coronantes.* Euripid. in *Hercul. furent.* vers. 526. *Coronatos capita ornatu mortuorum:* in *Alect.* vers. 101. *Coma secta:* vers. 214. *An radam comam, &c.* vers. 426. *Casarie rasi, & nigra veste.* v. 512. *Tonsura lugubri:* vers. 818. & 826. *Lachrymantis & rasuram & faciem, &c.* in *Supplic.* vers. 97. in *Iphigen. in Aulid.* vers. 1438: in *Tauric.* vers. 703: in *Troäd.* vers. 278. 480. 1182: in *Helen.* vers. 372: in *Orest.* vers. 459: in *Phœnis.* vers. 227. & 375. Senec. *Epist.* 77. *Demptæ*

Roa. *Historia Samsoni in fabula Nisi comæ.* La-Zerd.

Serat.

Erbnici historias sacras depravarunt.

Cur in parentatione cabantur capilli?

Horat.

Claudiana

Crinum scilicet pro iunctu.

Dempster in Rosin. lib. 10. cap. 29. Alex. ab Alex. lib. 7. cap. 7. & 22. lib. 5. cap. 18. Plutarch. in Nicia. Sueton. in Caligul. cap. 5. alioque plures. Sat fit, quod Statius 6. Thebaid. a. vers. 195. alitruis; ut conset propositum, & quanti Iovem fecerint Ethnici.

Stat.

Ierem. 7.

Iob. 1. 20.

Soul.

Rasura di. Et calvitium.

Petron. Plaut.

Cicer.

Isai. 3. 17. Quarta exposit.

Proximior morti capilli praefici.

Ezech. 5.

Isai. 7.

Adulteraria. Tacit. Ambros.

Petron. 10.

Martial.

Cur capilli assumpti in praefici. Idac.

Constat similiter ex Sacra pagina. Ierem. 7. 29. Tolle capillum tuum, & projice, & sume in directum plantatum. Iob. 1. 20. auditu morte filiorum, tunc surrexit & tonsa capite corruens in terram, &c. Succinit Ioan. Mell. Soula:

Et caput abiectis tondet lugubria canis. Hinc saepe in Scriptura huiusmodi ritus dicitur Calvitium. Isai. 15. 2. In cuneis capitibus calvitium, & omnis barba radetur. Deuter. 14. 1. Non facietis calvitium super mortuo. Idem Ier. 16. 6-47. 5-48. 37. Amos 8. 10. & Mich. 1. 16. idest, non radetis comam: uti dicitur Levit. 21. 3. Non radent caput, nec barbam. Eque apud Profanos. Petron. in Satyr. fol. 48. Quid attinuit supplices radere? Nisi forte miserabiliores calvi solent esse. Marcell. ut diximus num. 24. Ea causa calvi. Plaut. in Amphitruon. Actor. 1. scen. 1. vers. 306. Ego hodie raso capite videris Taubmann. hic. Denique Cicero lib. 3. Tuscul. qq. de Agamemnone intonsam comam scindente dicit: Stultissimum Regem in luctu capillum sibi evellere; quasi calvitio maior levaretur. Alia infra num. 32. Quo perpicuor Sole coruscet expositio pro Tautologia praefata apud Evangelic. Vatem. Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion: & (idest) Dominus crinem earum nudabit. Radet comam, ut mancipentur servitio, uti diximus Tom. 2. Tautolog. 12. num. 6. Etiam claret expositione principalis nostri instituti. Pleonasmus. Calvitium dicitur, quia defluunt a capite pili, & cum capilli raduntur. De neutro erat immunditia; sed duntaxat de illo, cuius capilli defluunt praeter lepra: vir ergo, cuius caput rasum, vel a cuius vertice capilli naturaliter fluunt; calvus & mundus est.

Hand filum amittamus de tonsura capillorum pro enervatione virium. Desinatibus ergo morti rescindebantur capilli: qua de causa mors signabatur per crinium abscisionem. Non alienum est a Sacris. Ezech. 5. a. vers. 1. portenditur per pilos, quid de Iudaeis decretum a Domino. Sume tibi (dicitur) gladium acutum, radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram ponderis, & divides eam. Tertiam partem igni combures in medio Civitatis: & assumes tertiam partem & concides gladio: tertiam vero aliam disperges in ventum; & gladium nudabo post eos. Ibid. a. vers. 12. anigmatici sermonis sensum subdit. Tertia pars tui peste morietur & fame consumetur: tertia pars tui in gladio cadet: tertiam vero partem tuam in omnem ventum dispergam, & gladium evaginabo post eos. Etiam Isai. 7. 20. dicitur: In illa die radet Dominus novacula conducta in Rege Assyriorum caput, & pilos pedum, & barbam: idest, cuncta: suprema scilicet, media & infima. Hispanicè: No dexarà ni un pelo. Claruit: igitur nocte illa venit Angelus Domini (ibid. cap. 37. 36. & 4. Reg. 19. 35.) & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque milia: & ecce omnes cadavera mortuorum. Pariter apud Ethnicos. Paulissima in tam numerosa gente adulteria (inquit Tacit. de Morib. German. cap. 19.) quorum poena praefens, & maritis permessa. Accisus crinibus, ac per omnem vicum verberare agit. Publicata enim pudicitiae nulla venia. Idem statuit Ambros. de Virgine lapsa cap. 8. Amputentur (inquit) crines: igitur si crimina impudica obnoxia morti; iam iniuriata, ob scelus acciso crine. Hoccine sensu Petronius, quo supr. Metr. 15. de calvo locatur:

Ut mortem citius venire credas, Scito iam capitis perisse partem.

Imitatus est acumen Ovvenus, uti vidimus num. 9. atque Martial. lib. 3. Epigram. 43.

Mentiris iuvenem, tinctis Lentine capillis: Iam subitò corvus, qui modò cygnus eras. Non omnis fallis: scit te Proserpina canum: Personam capiti detrahet illa tuo.

Hinc usus ligandi utriusque pacifcentis crines in sacrificio simul cum victimis igni tradendos: etenim si perfidi in pacto, devovendi sane letho, cuius signum praefecerat in crinium amputatione. Ita tacta barbâ, vel capillitio Nostrates olim iurabant solemniter. Etiam exteri: Ita ut Alaricus (ait Idacius in Chron. lib. 3.) barbam tangeret Clodovei, perpetuasque ad invicem pacem servarent. Vide Durantium Casellium lib. 1. Variar. cap. 18.

& lib. 2. cap. 9. observavit ritum Macrobi. in loc. Virgilij cit. de crine Didonis; sed causam praeterivit. Ea sumpta a ritu sacrificij, quo à victimis secabantur fetæ. Non illepide committetur (subdit Adrian. Turneb. lib. 19. Adversar. cap. 17.) qui quæ immolationis & sacri sunt, ad hominum mortem traduxerit. Constat ex Homer. Odyss. 3. vers. 445. & ex Euripide in Electr. vers. 514.

Initia faciens, ex capite pila in ignem iaciens. Victimam vidi, recensque fustum sanguinem: Flavæque coma cincinnos abrasos.

Virgilius, ut solet, furatur tam 6. Aneid. vers. 245. quàm 12. vers. 1741.

Et summas carpens media inter cornua fetas, Ignibus imponit sacris—Summa notant pecudum.

Imitatur Papin. Statius lib. 4. Thebaid. vers. 461. uti observat Lactant. hic, —lanque ardua ferro Signati capita, & frugum libamine puro, In vulnus caedere greges.

Morale aliquid in huiusmodi ritu signatur: etenim tonsurâ nobis Monachis cogitandum mortuos iam esse mundo, & Deo sacros: alias, ut dicit Protoparens N. Benedictus Regul. Sanct. cap. 1. Abus operibus servantes seculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. Sicut in victimis praefico pilorum indicium separationis erat ab usu profano; ita nos corona separatur a saeculo, ut in novitate vite ambulemus; vel ferventes Domino, quia olim servi capita rasi: vel quia iam liberi, accisus capillis in signum libertatis, de quo infra. Adi Dionys. Areopag. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 6. Augustin. de Opere Monachor. cap. ult. Epiphani. Hæres. 80. Hieronym. Epist. 26. Isidor. lib. 2. de Officiis Divin. cap. 4. Bedam lib. 5. Histor. Angl. cap. 22. Concil. Braccaren. Gothic. Canon. 29. Carthagenens. IV. can. 44. Toletan. IV. canon. 40. & Authentic. collat. 7. tit. 5. cap. 2. & 3.

Olim vel superstitiosa additæ religioni, rasi procedebant, calvique dicebantur. Patet ex Baruch. 6. Sacerdotes (inquit) sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam, quorum capita nuda sunt. Apuleius Metamorph. 6. in Diana pompa subdit: Capillum derasi, vertice praenitentes sacrorum antistites. De Iudis sacerdotibus Pier. Valerian. lib. 40. Hierogl. cap. 51. ex Martiali lib. 12. Epigr. 29. ait: Lanigri fugient Calvi: idest, Iudis Mytæ. Floride Prudentius in Symmach. vers. 713. & Cyprian. in Senator. ad idola relapsi. vers. 21.

Isidis amissum semper plangentis Osirim, Mimica, ridendaque suis solemnia Calvii. Nunc etiam dicit, quòd te non fecerit atas, Sed tua religio calvum—Quis te non rideat autem, Qui fueris Consul, nunc Isidis esse ministrum?

Venus etiam dicta Calva, ut refert Vincent. Chartar. in Deor. imag. fol. 349. eo quòd Gallis obsidentibus Capitolium, mulieres sibi comas ad funes, in machinarum usum conscindendos, absciderunt: Veneri ab ipsis Calva cognominata Templum &c. Sic Barbata dicebatur, quia restituti sunt crines. Ibid. Quæ superstitio studiosè prava non excogitavit? Idem refertur de Thraciæ feminis: quæ calva, quippe crinem dederunt, ut ex eo fieret funis ad trahendam navem, in qua Hercules simulachrum: ideoque illis permiffum, quod interdicitum exteris, scilicet sacra Herculis spectare: aluitur idem ibid. fol. 236. Etiam apud Indos discretum est capillorum inter sacros & profanos. Capilli tam diligenter iccirco nutriuntur (ait Petrus Massæus de Sinit lib. 6.) quòd credant eo se, tanquam ansâ in Cœlum aliquando sublaturum iri: sacrifici contra, qui quidem cœnobitarum agunt vitam, abradunt capita; quòd sine tali adiumento sidera se conscensuros esse confidunt.

Quid mirum, quòd Monachi tonsi, ut distinguantur à laicis (licet oggiant hæterodoxi, Calvius lib. 4. Institur. cap. 19. §. 27. & Magdeburg. centur. 4. cap. 6.) dum vel teterrimi sacrificiuli aliquid speciminis singularis cultus, & additionis in Deos, capillis praeferebant? Coronam circumferimus pactam ex capillis, sed non perfectam, ut virtutibus hic impleri fatagamus, ac in cœlis evacuetur, quod ex parte est. Non tondemus propter spectabiliorum formam, crinum gratiam, pulchritudinem aut vnullitatem: sed propter perfectionis status specimen. Velut arboris superfluos ramos capillos capiti stans detondet, ait Philo de Animal. mund. Nec comam nutriamus, nec caput radimus. Audiat Gregor. Magnus lib. 1. Epist. 24. Reclè (inquit) ad Ezechielem dicitur: Sacerdotes caput suum non radant, neque comam nutriant, sed tondentes attondeant capita sua. Quid enim signant

Turneb;

Homer;

Euripa;

Virgil;

Stat.

Quid signet in Monachis tonsurâ? S. Bened.

Baruch. 21.

Apulei;

Prudent;

Cyprian;

Chartar. Veni calva unde?

Barbata;

Mass. Ritus Sinitum.

Quare in Benedicti-4 nis Monachis corona capiti interrupta? Phil.

capilli in capite, nisi exteriores cogitationes in mente? Dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas vite presentis exprimunt, quae ex neglecto ac torpenti sensu, quia importune oriuntur, quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia ergo cuncti qui praesunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec tamen eis vehementer incumbere; sacerdotes recte & caput prohibentur radere, & comam nutrire: ut cogitationes carnis de vita subditorum nec a se funditus amputent, nec rursus ad crescendum nimis relaxent. Unde bene dicitur: Tondentes tondent capita sua; ut videlicet cura temporalis sollicitudinis, & ad quantum necesse est, prodeant; & tamen recidantur citius, ne immoderati excrecant. Dum igitur per administrationem exteriorum providentiam, corporalis subditorum vita protegatur, & rursus per immoderantiam alta cordis intentio non impeditur; quasi capilli in capite sacerdotis servantur, ut cutem coeperiant; & refecantur, ne oculos claudant. Hoccine brevis SS. Confessor Christi Dux Noster Benedictus Regul. Sanctae cap. 4. instrum. 20. A saeculi actibus se facere alienam: ubi observatione dignum, non dixisse esse, sed se facere: de quo Tautolog. 2. Didasc. 4. num. 2.

34 Obiter in Antilogiam incidimus, sed facilis nodi solutio. Dum Dominus iubet tonsuram capita sacerdotum comis hoccine decreto indicit, illos neque esse debere fordidos, neque repunicatos, sed mundos decore crinium, tonsis capillorum extremis. Discrimen signat Martial. lib. 2. Epigram. 17. ubi:

*Sed ista tonsor Amiane non tondet:
Non tondet, inquam, quid ergo facit? Radit.*

Olim alij intonsi, & alij etiam supercilia rasi: quorum intuitum & notitiam videris apud Alexandr. ab Alex. lib. 5. cap. 18. Ne igitur vel reciditate, vel nimia curiositate, à dignitatis maiestate & decore deciderent sacerdotes; tonderi iubentur modesta forma, quasi arte: hoc indicat vox Tautologica Tonsura à tondere, vel tondentes tondere. Haud obest, quod dicitur Levit. 19. 27. ubi: Neque in rotundum attondebitis comam. Non ergo tonsura, sed tonsuræ inhiibetur species: siquidem forma comæ, vel in cirros flexæ, vel in annulos torta, vel in coronam rase, gentile aliquid videbatur amulari: à quo longe non tantum sacerdotum, sed etiam populus Deo addictus. Ex contextu claret: igitur ibi arceret ab auguratione, ab observantia fominorum, à rasura barbæ, ab incisione carnis in lactu fato functorum, & à figurarum, stigmatumque inuisione; quod totum aliquid redolet ethnicum, & omnimodo ethnicorum studium. Hinc Septuag. legunt: Non facietis sission ex coma capitis vestri. Id est, casarium non habebitis more Gentium, quæ vel intonsam servant, ut fecerit dæmonibus; vel gradatim rasam, ut ex forma præ se ferant, quorum additi cultui: dicit Ieremias: Visitabo super Egyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam. Hoc est, qui in forma comæ expriment, cui idolorum magis addicti, & obsequio mancipati. Formam, seu speciem variam Gentium indicat Seneca Epist. 124. Quid capillum ingenti diligentia comis? Cum illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum nodo vinxeris, vel ut Scythæ solent, sparseris, &c. Iuvenal. Satyr. 11. vers. 149.

Idem habitus cunctis, tonsis, rectique capilli, atque hodie tantum propter convivia pexi.

Vide Lorin. in Levit. loc. cit. Abulens. quest. 25. Theodor. quest. 28. Menoch. de Republ. Hebr. lib. 4. cap. 3. quest. 10. & Pier. Valer. lib. 32. cap. 35.

35 Aliter etiam potest exponi, quatenus designatur discrimen Sacerdotis & Nazaræi. Super caput huius nunquam, quandiu durat institutum, quibat legaliter pertransire ferunt, nec extrema quidem capillitij tonderi, sicut nec ille gustare vinum, ut indicitur Numer. 6. à vers. 3. Sacerdoti autem vinum conceditur, nisi ingressuro atrium interius, & etiam conceditur comæ tonsura ob maiestatem: pro qua inquit Euripid. in Oreste vers. 128.

*Videte quomodo praeacidit extremos pilos,
Servans forma dignitatem.*

Ex quo legitime colligit Sanctus hic num. 39. Sacerdotem interdicti à Nazaratu quoniam instituta contraria. Ad Alphons. Mendoza Quodlibet. 5.

36 Quid verò signet geminatio, Tondentes attondent; facul intelligitur, præter dicta num. 34. si verbum sumitur pro adverbio. Q. d. Non continuo tondentur; sed cum opus fuerit, extrema coma secantur. Considerato, circumspicteque agendum de coma; ita ut nec abundet crinibus caput superfluis, nec ad auctoramentum necessarij deficiant. Haud sacerdos apparebit rarus, sicut sacrificuli idolorum: nec intonsus, quod præter Nazaraatum, insigne Gentilium. De primo fusè diximus: de posteriore Plutarchus in Caton. ait: Pompeium

capitum

capitum

capitum

peium secutus est. Ab illa fertur àia neque capillum totondisse, neque barbam. Idem de Offi-ride tradit Pier. Valerian. ubi dudum cap. 40. Natal. Comes 5. Mytholog. cap. 13. Livius lib. 7. Decad. 3. Iul. Frontin. de Stratagem. lib. 4. cap. 5. Ovid. 2. Fastor. vers. 29. & lib. 6. vers. 264. Tibull. lib. 2. Eleg. 1. Horat. 2. Carm. od. 5. vers. 11. & Lucan. lib. 2. vers. 375. Romani prisci vocabantur à vicinis Intonsis quippequam pillos & capillos ob maiestatem pascabant, aut nunquam tondabant, vel secabant. Hinc itaque Axioma: Barbatus Magister, Consul barbatur: quo intelligitur illud Iuvenal. Satyr. 16. vers. 31.

Et credam dignum barbat, dignumque capillis Maiorum.

Vide Tiraquell. Praefat. de Primigen. num. 13. Quapropter Attondentes attondent comam, nil aliud signat, quam non dimittere crinem incomptum; sed refecare, cum ultra decorem tam in barba, quam in capite creverit. Arias Mont. Tondendo, aequè attondebunt. Ecce per adverbium exposita Tautologia. Pagn. Casarium non dimittent. Syr. Cincinnos suos non nuntiant. Arab. Ne succingent cincinnos. Septuag. Comas suas ad pressum tondentur. Cuncta suffragantur nostro proposito, quatenus capilli nec tanis succingantur, nec dimittantur usque in totum incrementum; sed tondentur ad pressum, hoc est, vulgarem mensuram: quin opponatur, quod legit Regia: Comas suas, scilicet, non tondentur. Non tondenda coma more barbarico, sed tondenda summatim pro sacerdotio, ut diximus ex Greg. n. 33. Hoccine sensu dicuntur viridaria tonsa, aut detonsa pro decore, quod in Cantic. 2. 12. Tempus putationis advenit. Et dum extrema virgultorum praescinduntur, etiam apud Pro-fanos detonsura dicitur. Nemes. 1. Eclog. & Virg. 10. vers. 7.

Incipe, dum salices bædi, dum gramina vacca Detondent, viridique greges permittere campo. Dum tenera attondent sine virgulta capelle.

37 Etiam per tonsionem capillorum signabatur olim & servitus & libertas: de quo etiam diximus supr. & Tom. 2. Tautolog. 12. num. 6. Captivæ olim trahebantur crinibus. Ovidius Epist. 3. vers. 75.

*Nos humiles, famulaeque tuae, data pensa trabemur,
Et minuent plenas stamina nostra collos.
Exagitet ne me tantum tua deprecor uxor:
Quæ mihi, nescio, quo non erit aqua modo;
Neve meos coram scindit patiare capillos,
Et leviter dicas, hæc quoque nostra fuit.*

Virgilius lib. 2. Aeneid. vers. 403. & Iuvenal. Satyr. 5. vers. 171. Ecce trabebatur passis Priameia virgo Crinibus à templo Cassandra.

Propertius lib. 4. Eleg. 12. vers. 37. Vestor maiorum cineres tibi Roma colendos Sub quorum titulis Africa tonsa iacet.

Vide plura apud Passeratium hic ad illud Eleg. 19. lib. 3. Tondens purpureæ regna paterna comæ.

Et Salas in illud Petronij fol. 43. Rasis supercilijs. Unde Aristotel. lib. 1. Rethor. Crinitus servile officium (ait) subire non potest. & Sidon. Apollin. lib. 8. Epist. 9. Hic tonsò occipiti senex Sicamber, Postquam victus es, elicis retrorsum Cervicem ad veterem novos capillos.

Parsim invenies styllum apud Euripid. in Andromach. in Troia. ac in Helen. 38 Pro libertate etiam tonsura invenitur, ut diximus num. 28. Virg. lib. 5. Aeneid. vers. 557. & Martial. lib. 11. Epigram. 79.

*Omnibus in modum tonsa coma, pressa corona.
Flammae texuntur sponse, iam virgo parata est.
Tondebit pueros iam nova nupta tuos.*

Hinc raso capite erant servi manumittendi in Feroniæ templo, ut Tom. 3. Tautolog. 9. num. 11. & dicemus in Ephemerid. die 13. April. Vide Pined. in Iob. 1. 20. à num. 11. Pier. Valer. lib. 32. cap. 34. & 35. Chartar. fol. 127. Ravil. Textor. lib. 2. Officin. cap. 34. Adhuc iudicibus sententias ferentibus (ait Plutarch. de Licinio Macro in vita Cicer.) domum abijisse, statimque caput totondisse, puramque vestem velut absolutus induisse, atque ita in forum prodijisse. Appian. de Bell. Mitribriat. denique adrauit: Perseo Macedonum Rege capto

Plutare.
Intonso fig-
num aucto-
ritatis.

Iuvenal.

Ar. Mont.
Pagnia.

Reg. Bibl.

Nemes.
Virgil.

Tonsura cri-
nium sym-
bolium ser-
vilitati.

Ovidius.

Virgil.

Propert.

Idem.

Petron.
Aristor.

Sid. Apol.

Et libertati.

Virgil.
Martial.

Platarchi.

- Appian. *capto, Prusiam Bithynia regem veniss: Romam, togâ & calceis indutum, ceterum capite raso & pileato, professum se populi Rom. libertum, à quo Persei dominio esset liberatus.*
- Symb. 39 *Elucet pramisis præfationem capillorum signare destinationem in lethum, vitalis aura privationem, enervationem virium, spoliationem bonorum, luctum & molestiam, servitutem ac libertatem. In quolibet horum sensu testimonia Tautologica exponi commode & aptissime possunt. De iactura bonorum & vitæ maxime à Servatore fit sermo, cum ait: Capillus de capite vestro non peribit: hinc numeratos dicit, ibid. cap. 12. 7. & Matth. 10. 30. igitur perdita vel perdenda non numerantur. Nullus igitur corporum nostrorum casus est pertimescendus (ait Hilar. in *Matth. cap. 10.*) neque ullus interimenda carnis admittendus est dolor. Non solum capilli, sed membra vestra rescanda: non solum capilli, quia æstimabimini sicut oves occisionis, & tanquam agni, qui portantur ad victimam; sed membra vestra usque in vitæ defectionem tyrannorum exponuntur cruciatibus. Unde Paulus ad Hebr. cap. 11. 36. *Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, scæti sunt, tentati sunt (idest, torti) in occisione gladii mortui sunt. Hi omnes testimonio fidei probati. Quid ergo amplius? An à quo natura magis horret, insepul-ta? Cælo tegitur, qui non habet urnam. An quia morticina in efcas volatilium, & carnes in vorationem bestiarum? Infana cogitatio. Supervacua furunt insania, qui mortuus Martyrum membra feris, avibusque discerpenda proiciunt: inquit Vener. Beda lib. 4. in *Luc. cap. 52.* Nec capillus peribit. Resuscitando gloriose vivificabuntur.**
- Beb. *Reparabile damnum est.*
- Ovid. *Postmodò nativa conspiciere coma.*
- Dixit vel Ethnicus lib. 1. *Amor. Eleg. 14.* vers. ult. *Capilli numerati sunt. Haud perendus ex eis quisquam. Multis passeribus præstantiores homines. Multis passeribus antistare nos Dominus pronunciauit: si non & phœnicibus, nihil magnum: profert Tertullian. de *Resur-rect. carn. cap. 13.* Utique*
- Tertull. *Properè flavis è crinibus unum*
- Claud. *Concussa cervice iacit, missoque volentem Vitali fulgore ferit: nam sponte crematur Ut redeat, gaudetque mori festinus in ortum.*
- Succinit Claudian. Epigr. de *Phœnic.* *Homines semel interibunt, avibus Arabiæ de resurre-ctione securis? Nullo modo. Cuncta, estò minima, recuperanda, cum videlicet in vitam immortalem fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortalitèr eramus geni-ti. Aptè igitur per capillos signantur mors & vita, servitus & libertas: siquidem vitæ per mortem caducâ, acquiritur sempiterna. Vanitati enim creatura subiecta est (ait Paulus: idest, morti. Obiter nota, quanta tormentorum huius vitæ futilitas, cum mors, ultimum malorum, dicatur vanitas.) non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spem: quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloria.*
- Rom. 8. 20. *Mori tem- peratis lu- dicra.*
- Magdalene 40 *Claret hinc demonstratio insignis amoris Mariæ Magdalenes, ante pedes Domini deposita seu exposita comâ.*
- Sedul. *Tunc mulier (quam fama nocens, & plurima vitæ Mordebant delicta suæ) clementia supplex Corruit amplectens vestigia, quaque profusus Irrigat incumbens lacrymis, & crine soluto Tergere nec cessat*
- Cur expo- suit comâ, & non alia forme deco- ra? Claudian. *Canit Sedul. lib. 4. Carmin. à v. 66. Decus formæ capillitium: & tradit, quod delitium fecimmarum, ostendens in deditione promptitudinem ad cuncta, in luctum, in penitendum, in servitutem ac mortem. Linteum quo tergeret, habebat, ut observat Maldonatus hic n. 38. sed nisi comâ haud exprimeret pro voto totius animæ & animi flagrantiora desideria.*
- Retorquenda in meliorem sensum Claudiani carmina, de *nupt. Honor. & Mariæ* à vers. 99. igitur Magdalene *Neglectam partem studiosa relinquens, Plus error decuit.*
- Id. *Retorquenda in meliorem sensum Claudiani carmina, de nupt. Honor. & Mariæ à vers. 99. igitur Magdalene*
- Cur *Cæsariem tunc fortè Venus subnixæ carusco Fingebat folio: dextrâ levâque sorores Stabant Idaliæ: largos hæc nectaris imbres Irrigat: hæc morsu numerosi dentis eburno Multifidum discrimen arat: sed tertia retrò Dat varios nexos, & iuste dividit orbes.*

Cur

- 41 *Cur autem dicitur Capillis capitis, cum sit capillis (quæ geminatio sæpe in fa- cra videtur pagina, & prima est quæstio Tautologiæ principalis) hic examinandum. Mal- donatus ubi dudum ad emphasim reducit, ut caput pedibus opponeret. Non subscribo, quippe longè à litera sensus. Fulcrit dubium, quia Syriac. legit: Piliusque capitis sui abstergeat. Idem in *Matth. 10. 30.* Sed sciendum, Hellenitum, aut Hebraïtum esse: etenim capil- li non femper pilos capitis significant, sed ad alia usurpantur, ut diximus n. 12. *Conspicio* (ait Apuleius lib. 3. *Metam.*) *tondentes caprinos utres: capillos eorum flavos plusculos aufero.* Idem *Aul. Gell. lib. 12. cap. 1.* de pilis hœdorum, & *Plin. lib. 7. cap. 2.* Etiam in sacris. 1. *Eldr. 9. 3.* *Eveli capillos capitis mei, & barbæ. Daniel. 4. 30.* *Donec capilli eius in similitudinem Aquil- larum crescerent.* Quo loco Angel. Magist. de pilis totius corporis interpretatur. Unde ut conser obsequium factum capillis, additur *capitis*; quod quidem pulchrum speciositate comæ, copiâ crinium rutilantis. *Ut pedes Domini* (inquit Tertul. lib. 4. *contr. Marcion.*) *ofculis fi- geret, lacrymis inundaret, crinibus detergeret.* Novum non est in Scriptura exprimi per Exergasiam; & clariorem intelligentiam sententiæ locum, usum ac suppositum rei, de qua agitur, ut sæpe diximus, in *Prolog. Galeat. §. 5. n. 8. Tom. 2. Tautolog. 1. & 6. Tom. 3. T. 1.* & 12. aibique agemus. Circa præsentem materiam, Clemens Alex. lib. 3. *Pædagog.* cap. 11. *Ca- pilli capitis.* Phil. de *Animalib. immund.* Euripid. in *Alcest. vers. 77.* Homer. *Iliad. 10.* vers. 15-22. vers. 76. 13. *Odyss. vers. 400.* & Quint. *Calab. lib. 3.* vers. 173.*
- 42 *Si hæc duplicent, aliam profero, ac sine formidine expositionem. Capillus in Scriptura sæpe sumitur pro coma. 2. Reg. 14. 26. Quando tondebat capillum: idest, cæ- sariem. Daniel. 3. 94. Capillus capitis eorum: hoc est, coma: qua de causa semper aliquid additur, ne capillitium per capillum intelligatur. 3. Reg. 1. 52. Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus eius in terram. Quo intelliguntur plures sacre auctoritates. Cant. 4. 9. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Idest, primo ictu, ac repentino aspectu oculorum tuorum; at inter diversos quæis, & crinium nexus, nodus (Hispanicè: *Trenza*, Græcè *Plocamos*, idest catena, seu quæpius, quoniam crines torquentur in modum catenarum) qui subsidet, seu interiacet collo, intimè flam- mavit viscera. Eodem sensu Daniel. 14. 35. de Habacuco dicitur: *Apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portavit eum capillo capitis sui in Babylonem.* idest, in Baby- lonem duxit apprehensa comâ. Similiter *Iud. 16. 13.* *Si septem crines capitis mei cum li- cio (idest, cum iicis tela, quam texis: vide Maluenda hic.) plexeris, & clavum his, &c.* Ubi crines intelligendi sunt nodi seu flexus comæ, didita in septem catenulas seu nexos alias illa sufficiebat perfrida, ut secaret septem crines: at in huiusmodi officium, ut dicitur vers. 19. *vocavit tonsorem, & rasit septem crines eius.* Perpende *septem crines eius:* hoc est, nexus, igitur in capite non habebat solummodò septem crines. Eadem acceptione *Iust. Lipsius* ex *Festo* lib. 3. *Antiq. lect.* cap. 1. inquit: *Senis crinibus* pro *plomacis*, seu tenijs è crinibus nexis. *Senec. Epist. ultim.* *Iuvenal. Satyr. 6.* vers. 120. *Martial. Ovid. Virgilius-* que, quorum testimonia supr. retulimus.*
- 43 *Cur ergo capilli capitis dicantur, cum capitis tantummodò sint capilli (præter ea quæ diximus Tom. 3. Tautolog. 5. E. num. 10. ex usu Scripturæ referentis sæpe vestem & partem vestitam) ratio sub manu est. Haud accessit Magdalene ad pedes Domini po- nitens cincinnata, nec crine in nodos torto, sed passa comâ, quod apud Priscos iudicium modestudinis, ut vidimus num. 37. Terent. in *Hæautont. Act. 2. Scen. 3.* à vers. 45. *Mediocriter vestitam veste lugubri: Capillus passus, prolixus, circum caput reiectus negligenter.**
- Catullus in *Nuptijs Pelei & Thetid.* vers. 350. *Solvent à vertice crines.* *Ovid. 3. Fast. vers. 432.* de *Trist.* lib. 1. *Eleg. 5.* & in *Epist. 10.* vers. 47. *Flebilis indignos solve Elegeia crines. Hirsutus passus ut videre comis.*
- Propertius lib. 1. *Eleg. 15.* vers. 11. lib. 2. *Eleg. 13.* vers. 56. & lib. 3. *Eleg. 6.* vers. 9. *Multos illa dies incomptis mæsta capillis. Diceris offusâ tu Venus esse comâ. Ne totius proprijs circum oppugnata triumphis, Lassa foret crines solvere Roma suos. Stocine eam incomptis vidisti flere capillis: Illius ex oculis multa cadebat aqua.*
- Virg. 3. *Aeneid.* vers. 65. *Iliades crinem de more soluta.* *Senec. in Hippolit. Act. 2. v. 390. Crinis sparsus valet.*

Quid capil- li capitis Maldon.

Syriac. Capilli pro pili.

Apul. . . Eldr. 9. Daniel.

Tertull.

Clem. Ale- xand.

Capillus præ capillitio.

Cant. 4.

Daniel.

Iudic.

Iust. Lips.

Cur Mag- dalena acce- fit soluto cri- ne?

Terent.

Catull.

Ovid.

Propert.

Sig

Senec.

*Sic temere iacta colla perfundant comas.
Humeroſque ſummos.*

Sil. Ital.
Theocrit.

Silius Italicus lib. 12. de Bell. Punic. verſ. 597. & Theocritus in Adonid. epitaphi
— Sparſaque ſolutis
Crinibus ſcuculant matres, atque ubera nudant.
Soluta comas Venus per ſilvas errat.

Penitentia
Magdalene

Ut penitentiam exprimeret Magdalena, aſſuit comâ ſine lege, ſubiectione ſignans, & cordolium demonſtrans: dicunturque capilli capitis, quaſi coma capitis, in obſequium exhibitâ paſſa, non ut pridem nexibus ornata, quæ catenata ignominia. Cuncta deſpexerat, offertque, ut ducatur, quæ ut duceret, in nodos fuerat retorta. A prius quam Ariadne, ut canit Ovid. in eius Epith. verſ. 147. dicere quidat:

Ovid.

*Hos tibi qui ſuperant, oſtendo mœſta capillos,
Per lacrymas oro, quas tua facta movent.*

Caput pro
coma.

44 Pariformiter alia teſtimonia. *Veſtri capilli capitis.* id eſt, veſtræ comæ pili. *Capillus de capite veſtro non peribit.* hoc eſt, de congerie capillorum, quæ comæ caſſaries, capitis ornamentum. Quod patet clariuſ, accepto capite pro capillitio, ut vidimus num. 9. & etiam loc. cit. Daniel. num. 41. *Apprehendit eum Angelus in vertice eius.* Unde cognita acceptione, pervia expoſitio. Perdifficilis videtur numeratio capillorum: unde iocus Ovven lib. 1. Epigram. 106. in calvum.

Ovven.

*Calve, meos nunquam potui numerare capillos:
Nec tu (nam nulli ſunt) numerare tuos.*

Verum in Conditore nihil facilius. Quanta cura de cæteris, ſi illi conſtat numerus crinium comæ? Numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. Sic demum exponendum: *Vir de capitis capite* (id eſt comâ) *capilli fluunt, calvus, & mundus eſt.*

Varietas
læſ.

45 *Con.* 13. *bant Verſiones. Perf. Vir autem, cum effuſum fuerit capillitium capitis eius, calvus, & mundus eſt ipſe. Ipſe* (id eſt, *Etiam*, ut diximus latè Tom. 3. Tautol. 124 num. 22.) *Rabb. Ionath. Si deſuit coma, macula ſplendida eſt creſcens in cute: mundus eſt. Samaritan. Cum depilabitur caput eius, &c. Syr. Si deſuit pilus eius, & calvus fiat, &c. Arab. Cum capilli capitis lapſi ſunt, &c. Ar. Montan. Cum decapillatum fuerit caput eius, &c. Tigurin. Si à capite fuerint pili avulſi, &c. Maluend. Quia evellatur caput eius, &c. Septuag. Effluerunt pili, calvus eſt. Olcater, ſicut Mont. Cuncta in expoſitione ſparſa: iam ergo ad mores.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. ex
curſ.

1. *Vir de cutis capite capilli fluunt, calvus.* Quis ignorat? Princeps qui capitibus imponit gravia tributa: igitur capillos in populo calvo quaerit, & poſtquam radices capillorum raſit, atque à cute violentè capax evulſit.
2. *Si calvus, & mundus eſt.* Capilli cogitationes in terrena expriment: lexque ſignat mundum, cui deſluxus capillorum; ſiquidem claret Religioſorum conſummata perfectio, ubi nulla in eſt de terrenis cogitatio.
3. *Calvus & mundus eſt.* Potèſt eſſe immunus, quanvis calvus, quippe ex lepra nec capillus: etenim ob venenum pravæ, iniquæ conſuetudinis, nec radix remanet ſalubris cogitationis.
4. *Calvus & mundus eſt.* In Religione ne-

mo mundus, niſi calvus: quandoquidem ſi in activum ſcorpionis venenum medius eſt pilus; ut inferantur uſque in viſcera venena, capita reproborum ſemper inſonant.

5. *Calvus & mundus eſt.* Quomodo mundus, ſi etiam leproſus eſt calvus? Ille humoris ſiccitate, ſed hic putredine ſine pilis capite; ut lepra appareat, atque penam leproſus non eſſugiat: etenim in eſſugium concedetur (qui leprâ laborat) neque pilus, quem apprehendat.
6. *Calvus & mundus eſt.* Eccleſiaſticus erit mundus, ſi fuerit calvus: igitur ſi capilli corporis ſuperflua, & deſluxus illorum eleemoſyna; mundus omnino, & modo cuncta diſtribuat in uſus pauperum, ne quid ſuperfluum.



DI-

DIDASCALIA PRIMA.

A paucis accipit, qui nimium querit.

Cafſiodori gnome aurea lib. 7. Formul. 9. ibidemque 14. cauſam deſignat. *Idonei* (inquit) *damna vix ſentiant: tenues autem levi diſpendio vulnerantur, quando vel mediocri iniuria totum videtur amittere: qui exiguum cognoviſſent poſſidere.* Haud effluet aqua fontis, ſi obturatur exitus ſcaturiginis: equidem perperam ovis uber præbebit lactis dulcedinem, ſi ex preſſione continuâ non habet ſanguinem. Unde Ambroſ. Marlian. in Theatr. Politic. cap. 11. canit.

Caſiod.

Totū amit-

tit, qui to-

tum quaerit.

Maſ.

*Uberibus lactis ſuccum, non ſanguinis, hauri:
Et corio miſſo, ſit tibi lana ſatis.*

Dimidium
preſtantius
toto.

*Boni paſtoris ovem tondere, non deglubere:
ait Maxim. Tyrius de Tiberio Caſare Serm. 13.* igitur totum amittet, qui totum tyrannicè, ac ſtolidè quaerit.

Suid.

Dimidium quàm ſit toto præſtantius, iſtud Haſad novit ſultus.

Ezech. 44
20.

Ait Suidas: Sanequàm verum, minimè poſſe in os paratum inferri cibum, ſi non flectitur, ſed extenditur brachium. Longius etenim emolumentum cognoviſſent, quo magis manus extenditur. Tondentes attendent capita ſua: dicitur ab Ezechiele, ut vidimus in Liter. expoſit. Capilli ſunt: ſed ita ſunt, ut nec caput radant, nec comam nutriant. Cæ-

Tributa ex
ſuperfluis,
minime ex
neceſſarijs.

leſte profectò documentum pro ordine rationali vectigalium: equidem ſi tributa nervus Reipublicæ florentis; exigenda ex ſuperfluis, nequaquam ex neceſſarijs; illi igitur neceſſaria, quæ ſubditis ſunt ſuperflua: iureque indicitur à lege crinium tonſura; ut Reipublica non egeat, nec ſubditorum pondere graventur capita: quandoquidem ſine tonſione, comam nutriant in ſuperbiam; & raſis capillis, redigentur ad inopiam.

Sit modus
in tributis.

2 *Tondentes attendent,* meditatio geminatione dicitur. Cura & magna exhibenda eſt in cincinnorum tonſura. Placet comam tondere, non radere: ne Princeps nimium quaerat, nec habeat, nec à paucis, unde accipiat: ſignaturque tonſura tonderi capita; ut clareſcat modus exigendi tributa: etenim dum ſuperflua ſibi Principes à ſubditis reſecare ſollicitant, capita familiarum haud tondentes attendent, ſed exoriant. *Tondentes attendent,* ne cutem vulnerent, factâ plagâ ex nimia crinium tonſura; ſiquidem nihil poſt obtinebit Princeps utilitatis, modo evellat è capitibus tonis etiam radices:

Tonſura non ſentitur, dum caſſaries tondetur; cor etiam pungitur, ubi caput vulneratur: tonderique tonſura iubentur capita, ut ſint accepta tributa: quandoquidem ſi uti capillos, tributa ſubditos Principes tondent, etiam ſubditi tonſi minime ſentient: ſed ægrè fertur tanquam cruciamina vulneris, quod pro incifione comæ mittatur ſanguis.

3 Deinde. Radere uſque ad cutem capita, mancipiorum prociotum ſunt inſignia, ut diximus Tom. 2. Tautolog. 12. numer. 6. & hic latè à num. 37. Tondere verò comam, ſpecificitatis ſtudium, ne gravet capita ſuperfluis capillorum: tonſuraque crinium ſtudioſè deſignatur, quando tributum imponitur; quoniam tunc floret Principis Regia, vigentque regna in iuſtitia, dum ſuperflua reſecantur in Reipublicæ ſubdium, nec raditur uſque ad cutem, in deſiſum ſubditorum. Vernaculè: *Tratarles como galeotes.* Modus nã habendus in ordinatione tributi, quoniam capilli, tameſi ſuperflui, ſunt alieni; & ſumma vectigalium, non capilli, ſed ex ſuperfluitate capillorum. Si capilli, ſas eſſet cutem aduſque radere, & ſanguinem è capitibus elicere; deformandū adinſtar mancipiorum, qui quondam communere vectigalium: cum verò ex ſuperfluitate vectigalia colligenda, dicitur aptè tonderi capillos tonſura; igitur quaelibet onera vel gravia ſuaviter quibant à ſubditis ſolvi, ſi non habentur ut mancipia, ſed ut ſubditi.

Subditi ad
onera non
habeantur
ut mancipia.

4 Ulterius. Perpendendum omnino, quod quicquid ſubditi Principi tribuunt, ſibi, quantumvis ſuperfluum ac inutile, detrahunt. Extrema capillorum etiam ab habentibus reſecantur, & in ludibrium venti, ut volitent, projiciuntur. Quod ſit profectò in capillis, exhibendum fanè in ſubditorum bonis, quæ habentur ad ornatum, ut quid ſuperfluum: reſecarique congruit tonſura, ne ſubditi detrectent vectigalia: igitur tributum ſuave, & pondus utique leve; ſi à ſubditis raſis ſolvitur, ex quo projicitur. Aliud in hac cuncta cogitatione documentum. Tributa neceſſaria ſunt, unde Tacitus Hiſt. lib. 4. cap. 74. ait: *Neque quiete gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt.* At inter eſt inter iuſtum & violentum, quod inter capillum tonſum & vulſum. Nihili pilus eſt: pariter tributum è ſuperfluis habetur nihili, cum

Tributa ſua
ve, dum ſol-
vitur, ex
quo projici-
tur.

Tacit.

iponte